

**Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**

**Wersja sandomierska**

Rękopis Biblioteki Narodowej BOZ 90, k. 50v

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 25

[25] De hereditate aut dono, quod datur viro aut femine coram iudicio. Capitulum vicissinum

<XL<sup>a</sup>> [D]onum, quod datur viro vel femine datum fuerit coram iudicio bannito, in eo mulier cum sua parte sive [l] dono pro suo arbitrio facere potest absque omni contradiccione quitquit placet. Idem potest vir cum parte sui doni modo simili, quam ipse suscepit. <xli<sup>a</sup>> Si moritur femina absque herede, ita tamen quod nullum heredem a suo marito peperit, ipsa hereditat sua bona successoria, seu sua prospera fortuna acquisita super suum proximum, sive sit masculus, qui sibi sit paris conditionis. Idem faciet vir illi, qui sibi sit paris conditionis. Insuper omne aurum et argentum non informatum [s], et omnis siligo et carnes cum cervisia et vino, et panis, que vel quot aut quantum post tricessimum annum permansit, vel permanserunt, totum cedit heredibus viri et non mulieribus, <xlii<sup>a</sup>> exceptis pulmentariis, quibus mulier recipit mediam partem et heredes viri reliquam mediam partem tollunt.

<sup>a</sup> na marginesie

[hasła: darowizna, wiano, uposażenie, żona, sąd wyłożony, sprzeciw, dziedzic, mąż, dobra nabyte, spadkobierca, równy stanem, srebro, złoto, gerada]